

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Seria litteratorum, hominum poenitentia, institutio
eruditorum delinquentium - Cod. Ettenheim-Münster 60**

[S.l.], 1727

Sectio 2

[urn:nbn:de:bsz:31-108344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108344)

ferissimis tempestatum flatibus, undiq; atrocioribus
 sedatis, tandem aliquando inoptate tranquillitatis
 beatag; aternitatis portum, orbe licet, et ore fremen-
 tibus devenire queant. Quis cum sapientissimo philone
 non gratulandum esse diceret Literatis eiusmodi
 felicissimis, haud secus ac si atrocissima tempesta-
 ti erepti fuissent, et ex profundis tenebris adducti
 ad lucem clarissimam. Tanta (addit) est vis resi-
piscens, rei vehementer necessaria! postulat au-
tem ea non solum correctionem pravae opinionis,
verum etiam officiorum studiorumq; Mutationem
in melius, ut relictis inconditi vulgi moribus ad
benè constitutam ornatamq; optimis legibus Rem-
publicam transeat. Hoc etenim sibi post primū
 ad sacrosancta Metanae studia accessum, cum-
 primis cura fuisse Magnus Basilius in 79. ad Eu-
 stat. epist. perhibuit, ut Morum institueret Mu-
tationem correctionemq; quos per Diutinam con-
stantiam cum improbis contractam perverterat.
 Clarissime innuens, extremi exitij periculum haud-
 quamquam evasuros Literatos, penitentes, nisi seria
 de mutando vita sua statu consilia duxerint
 agitanda.

Philo l.
 De charit.
 Sub fin.

Sectio 2.

Excitabulum doctorum hominum ad
 studia vera Deoq; accepta conversionis
 validissimum: Vita illi concepta brevitatis
atq; fragilitatis, ubi eruditissimorum simul
ac celebratissimorum virorum, in ipso aetatis
flore extimatorum trista fata recensentur.

Tanto magis autem ea cura atq; cogitatio animum
 doctrinae literarumq; melioribus excoltum versare debet,
 quanto frequentius Natio omnis eruditorum Ho-
 minum de vita mortalis fugacitate brevitatemq; con-
 queritur: nimirum quod Plinio interprete, incertū
ac fragile admodum sit hoc munus natura, quic-
quid detur nobis: malignum vero et breve, in ipso etia,
quibus largissime contingit, univesum utiq; Levi-

Plin. l. 7.
 hist.

tempus inveniuntibus. Et D. Hieronymo dicente, nihil fugacius saeculo existat, rebusque saeculi, quas dum tenemus, amittamus, et resicentes ad mortis terminum perveniamus. quid quod vita, et mortis initia ut plurimum ita concurrant, ut ipsam vitam exordium ingressus, et principium mortis esse videatur. Nimirum vita humana indulgeri Seneca putavit, si punctum durationis illi concedatur, et puncto minus decernit tribuendum: punctum Cuius est quod vivimus, et adhuc puncto minus. et rursus: minorem portionem aetas nostra, quam partem puncti habet, sed hoc plurimum cum minus vita nostra, quam quod minus est quam puncti pars, cum sane sit nihil. quo etiam respicit eruditum epigramma inter doctos satis decantatum:

Vis altiore voce me tecum loqui?
 Humana cuncta funus, umbra, vanitas,
 Et scena imago, et verba ut absolsam
 Nihil.

Hieron.
 Comment.
 ad amos. i.
 v. 3.

Seneca
 ep. 49.
 ad. lib. De
 consol. ad
 Marc. c. 20.

scire quidem saeculis cum primis anterioribus non pauci inter doctos Macrobius, qui aetate in plurimos annos prorogata, maxima tum eruditione singulari, tum factis etiam egregiis Orbi emolumenta attulerunt. pauca de multis exempla Franciscus petrarca prodidit ea epistola, qua nullam calamitatem vitae beatae obesse posse, egregie dedit demonstrata: laudata scribit Solonis, nec in laudata Sophoclis Senectus, quorum primus nunquam intermisso studio, temperat aliquando addiscens senit. secundus morti proximus, nobilissimam tragadiam, ea quidem scripsit aetate, qua vix sui composites esse solent, qui ad vitam illam veniunt. Socrates orator eadem prope aetate, quarto scilicet et nonagesimo vitae anno, cum volumen esimum edidisset, quinq; annos supervixit, seram voluptatem sui operis percepturus. Homeri non tantum senectutem, sed et oculorum caecitatem lego, sed an senectus, an alia caecitatis causa sit, nescio an tu legeris, mihi enim non occurrit. quale autem, et quam iucundam credimus Homeritae senectutem, omnibus suis accumulata et instructa curis? Carreades ad nonagesimum, Cleanthes ad undecentesi-

fr. petrarca
 epist. fam.
 l. 6. ep. 3.

nam, gorgias deontinus ad centesimum ac septimum
vita annum tranquillâ senectute pervenit. chrysi-
pus nono et tricesimo anno captus, miri opus acuminis,
octuagesimo moriens reliquit, quâ etate simonides
in calminum se certamen descendisse commemorat.
etate provecutus socratem legimus, et ibat ulterius
nisi veneratus obstiteret calix, cuius praeclarissimus
ille Discipulus plato, uno et octoginta annis expleto,
eodem ipso natalis sui die obiit, et in eo ipso, cui
diutissime animum intenderat, exercitio literarum.
cuius Discipulus aristoteles, non nisi ad tertium ac
sexagesimum accepit, quem periculo sum numerum
annorum, et humano generi vel morte, vel insigni
calamitate terribilem ferunt. Et cur ita sit, rationes
quidam; alij observationem solam experientiae con-
gruam afferunt, utrumque sane quid vitium habeat, ipsi
qui attulere, discutiant. Hunc si vera memorant, vi-
ta seculum humana, ne transire possit nos, C.
cero, non senectute suâ, sed Antonij crudeli ac ne-
fario imperio effectum est. — — — gloriosissimi senit
Augustus, omnium Maximus ac potentissimus Monarcha
sexto ac septuagesimo etatis anno placidâ morte sub-
tractus. eandem metam tenuit Augustinus, ut nomine
sic vita seemino imitatus Augustum. Hieronymus vero
vivacior fuit. Origenes ad septuagesimum vita annu
venit, tertium et sexagesimum Bernardus implevit. De
Ambrosio et Gregorio non ita compertum teneo. omnes
tamen procul dubio senuerunt providente illis, apud
quem fons vita est, ne hi parum viverent, quorum
vita multum profutura erat Ecclesiae. ad octogesimū
annum venit Asinius Pollio: Marcus Varro vivendo
et scribendo saeculi unius sortitus est spatium. multa
de suâ senectute locutus est seneca sena, aliquantū
senior futurus, nisi ferox Discipulus vetuisset. haec enim
de Liberatis Maecobij's Franciscus petrarca *.
* sic et Democritus Abderites, anno 104.

7

x mortuus est abſtinentia cibi. Totidem annos vixit ete-
 ſibius hiſtoria ſcriptor, et Cuius in annalibus
 Appollodorus referit, inter Deambulandum
 vita finem fecit. Hippocrates Couſ Medicus
 vixit apud Perdicam Macedonia Regem, ca-
 ceſſit, annos natus 104. clarus. Orbilius
 Beneventanus Grammaticus Ciceronis tempore
 inſignis, et plagiſus, vixit propè ad centeſimum
 annum, amiſſa iam pœnem memoria, teſte
 Tranquillo de claris Grammaticis. Euphranor
 Grammaticus Latinus, cuius Diſcipulus fuit
 Appion, centeſimum exceſſit annum, et per
 eam adhuc etatem docere ſolebat. Demoxar.
 Fladriani tempore philoſophus, deceſſit ferè
 centenarius, funeratus publice magna civium
 frequentia, teſte Luciano, et Volat. l. 15. Anthro-
 pol. apollonij Tyanei avus philoſophus annos
 centum ac triginta vixit, ut teſtetur philoſo-
 phus in vit. apollonij. Galenum Denique
 philoſophum et Medicum ſingularem Pergæ
 medicum, memoria proditum à nonnullis eſſe
 centum et quadraginta annos vixiſſe, tantum
 in cibo et potu abſtinentiã uſurpaviſſe, ut ad
 ſatietatem nunquam comederit, nec biberit, nec
 crudum quicquam unquam guſtariſſe. undè ſit
 factum, ut odorificum ſemper anhelitum spi-
 raret. ſed quod longè memorabilius eſt, etiam
 ullam omnino affectionem ſolà deſecerit
 ſenectute. at ſuidas Galenum annos 70 vi-
 xiſſe ait, et ipſemet multis in ſuis morbos,
 quibus laborariſſe, enarrat. Gal. Rhod. l. 30. c. 12.
 antiq. lect.

Plurimum verò variãſe vivendi, ſenſcendiqz modũ,
 noſtra pariter, ac ſuperioris etatis experientia lo-
 quitur. ſiquidem eruditissimi, quos utraqz tulit, viri
 vita ſpatium citiſſimè conſecerunt, inqz florenti etate
 triſti admodum fato ſunt abrepti. An ſane illud Italia
 quinimò Orbis eruditi univerſi decus, Joannes picus
 Mirandula, anno etatis tertio et trigeſimo vivere
 deſiit, cuius præcocem tunc maturitatem, tunc obitũ,
 prodigio quoddam antè ipſius ortum prænuntiãtũ
 fuiſſe deceſimus: viſa enim circularis flamma eſt
 ſuprà præſentis matris ardere cubiculum, moxque
 evanſcere. ſortãpi nobis in ſinuans C qua Joannis
Franciſci picus verba ſunt Orbiculari figura intellectus

vid. vita
 J. P. Mirand.
 L. J. Franc.
 Mirand.
 edit.

perfectione simillimum eum futurum, qui inter
mortales eadem hora proderetur, utiveroq; terra
globo excellentia nominis circumquaq; celebrandum,
cuius mens semper caelestia, ignis instar petituraeque
cuiusq; ignita colloquia flammata mentis consona,
Deum nostrum (qui ignis comburens est) totis viribus
quandocumq; celebratura, sed statim obtutibus hominum,
ut illa evanuit, occulenda. quae ipsa factorum in-
vidia paulo post Jo. pici Mirandulae (hominis inter
italos eruditissimi) obitum, terris quoq; eripuit gee-
nanorum literatorum auro illo clarissimum Ru-
dolphum agricolam nondum annos quadraginta
natum, nihil enim unquam hoc Galpinus orbis
produxit omnibus literarijs dotibus absolutius, absq;
invidia dicto. nulla erat honesta disciplina, in qua
vie illa non poterat cum summis artificibus con-
tendere: inter graecos graecissimus, inter latinos lati-
nissimus; in Carmine Maronem alterum discipul, in
oratione politianum quendam lepore referebat
majestate superabat. eloquentia tan absoluta
parem adiunxerat eruditionem, philosophia mysteria
omnia penetraverat. nulla pars Musica, quam
non exactissime calleret. extremo vitae tempore
ad literas hebraicas, ac scripturam divinam totum
animum appulerat. atq; hac conatibus, immitte
fatum abripuit, cum annum aetatis quadragesi-
mum nondum attingeret. qua aetate etiam vi-
vere simul ac de publica re proclare mereri
desit Alphonus ille Tostatus, dictus abulensis,
postquam duodeviginti annorum spatio tot ac
tanta scripsisset, quot Culti popesimus ait) ne
attente quidem perlegere, aliquis posset. quinimo
Iacrarum literarum minutissima quaeq; Novum
autem testamentum admirandis commentarijs
existens per. In ipso quoq; aetatis flore evanuit
petrus Mosellanus, immortale literatorum ho-
minum decus, vix annum unum et tricesimum
egressus, cum bis Rector, ac Moderator academia
Luacensis fuisset, morbo atq; languore, admodum
diuturno confectus. Et qui Mosellanus ad doctrina
elegantioris copiam quod attinet, haud fuit infe-
rior Christophorus Longolius, non multum

popes. in
apparat. l.
f. 54.

8
Spatio vivendi superavit, siquidem quarto et trigesimo
aetatis anno factis ille conceperit, qui totam suam
dictionem ad praestantem Ciceronis formam duxit revo-
candam, cumq[ue] solum ex oratoribus sibi imitandum
proposuit. Nec minus Guilielmum Lylandrum
Aluostanum, multis doctrinae recordis monumentis
celebrem, quinimò (Thuan. iudice) omnis antiquitatis
ac literaturae peritum, cumq[ue] paucis aevi sui compa-
randum, immatura mors (quippè tantum annos
quadraginta quatuor natum) oppressit. Qui geo-
graphorum aetate nostra princeps est habitus Phi-
lippus Cluverius, nec ulli unquam (Vossio teste) Voss. De
labori peperit in evolvendis scriptoribus vel antiquis Scient. Mathem.
vel novis, unde geographiam lucem capere posse arbi- p. 262.
traretur, inq[ue] totius propagandam Orbis (quem exqui-
sita cura illustraverat) possessionem devenit, an-
gustum satis vivendi spatium (quod tribus denta-
rat et quadraginta annis constitit) fuit sortitus.
Alterum vero Cluverium, Joannem puta, elegan-
tissimum Historiae universalis conditorem, gravis et
diuturnus morbus anno aetatis quadagesimo peremit,
cum Historiam suam ad annum 16. fatalem Mille-
simum sexcentissimum, et trigesimum tertium conti-
nuasset. In Guilielmum Schiwardum, incompa-
rabilem aevi nostri philologum, et Mathematicum
meritisq[ue] potius in Reip[ublicae] literariam, quam vita
annis gravem, lues pestifera ante diem ita de sa-
vis, ut vim fructuentiamq[ue] suam in ipsas etiam
chartas, et scrinia converterit, ac nobilissima ingenij
eius monumenta vel profuso perierint, vel ab alijs
forsan clam inde fuerint surrepta. Aequè praecox
factum, praecocem Marci Querijs Boxhemi secta
accatholici (quem ob insignem in dicendo copiam
et elegantiam, aliqui redidivum Marcum Tullium
Ciceronem nuncupare non dubitarunt) maturitatem
excepit. siquidem decimo nono aetatis anno haud dum
finito, ad publicam in Academia Leideni eloquentiae
professionem admotus est, primo autem et quadagesimo
vix elaps, vitam cum morte commutavit. Taceo alios
quam plurimos viros in Rep[ublicae] literaria principes, qui
in florenti aetate factis conceperunt, atq[ue] consumpti
sunt praelucendo, instar facis aedentis, quae quo clarior,
eò minus durat, flammâ oleum festinq[ue] depascente.

Thuan. l. 61.
Histor.

Voss. De
Scient. Mathem.
p. 262.

Nimis sanè prolixum foret literatos commemorare
singulos, quorum circulos mors admodum accelerata,
ut Archimedis doctum et eruditum pulverem ferrox, et
impius miles turbavit, cumq; ipso disticcit Domino. Non
est profectò, ut mortalium Doctissimi, Nestores sibi pro:
mittant annos, cum afflictis ut plurimum laborent vale:
tudine, atq; innumeris propemodum agribudibus, et pe:
riculis corpora eorum sint exposita. ubiq; obvia est
calamitosa Virorum eruditissimorum (ap corpus quod
attinet) hebetudo, cum non unus, non duo, non Decem
sed innumeri propemodum morbi illis insidiantur, quin:
imò vix alius mortalium ordo existat, qui frequentiora
et magisq; conspicua fragilitatis humanae documenta,
quam Literatorum. utpote studijs ac lucubrationibus
severioribus robur suum hinc exhaerentium, ut ante diem
ut plurimum conenescant, nec tam labefectando corpus,
quam funditis, Notuendo, vitam suam citius conterant,
atq; pessudent. Nec habent omnino homines Doct:
riniã literisq; illustres, unde de vita sua sum brevi:
tate, tum frequenti, nimirum explorata calamitate
conquerantur, cum potius de vita male et perperam
transacta ipsi epeb conquerendum, sollicitèq; cogitandum,
quomodo optima vita extendenda ratio in eis, omniumq;
calculo brevissima, perquam longa effici, parvumq;
annorum numerus in immensum augeri queat: quam
maximè autem cavendus ipse est, atq; care peius, et angue
de vitandus periculosus ille scopulus, ad quem maior,
et Literatorum, et reliquorum mortalium pars navem
suam miserè adfligere solet, dum nullam prorsus se:
ria ad Deum conversionis rationem habet, neq;
Deo ad penitentiam vocanti quatuorq; asurgendum
putat, quousq; letho praecosi, ac simul sempiterna
datur intersecioni. O miserum Literati hominis in pec:
catis suis obdurati statum! O extremam Hypostilorum
Calias eruditissimorum, infelicitatem, si omne sanctissi:
mi Minimis de salute sua consilium spernendum
penitus duxerint, imò ridendum tacite atq; subsan:
nandum!

c Sectio 3.
Literatorum Hominum, pessimè,
ad animum quod attinet, aectorum,
curatio salutaris.